



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Ad Thelesinam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

In modo parce seni, moueatq; Aurora senili
Iunctatoro, thalamis lœta puella senis.

AD THELESI NAM.

e T faciem Thelesina cole, & cole dia capillum,
Et cole florentis arte decente genas.
Et pectus formosa cole, insignemq; papillam,
Planta quoq; extremi sit tibi culta pedis.
Quæ nisi culta iuvant? culti laudantur agelli,
Gemma quoq; in digitis non nisi culta placet.
Et cultu lœtatur honos, & gloria cultu,
Nec nisi de cultu laus sua cuiq; uenit.
Templa placent superis multo quæ compcta paratu.
Ornatum præ se sydera & ipsa ferunt.
Rustica simplicitas sibi sit tu lux mea cultum
Vsq; foue, & formæ sedula confer opem.

AD AMBROSIAM.

s Parsisti Ambrosia Ambrosiam p labra, meisq;
Suxisti e labris Ambrosia Ambrosiam.
Suania tunc etenim sunt sua via, mutua cum sunt,
Et dant, & capiunt mutua qui faciunt.
Ambrosiam diffunde, dedi cum basia, fuge
Cum capis alternis Ambrosia Ambrosiam.
Sua via sic & erunt tibi basia nostra, mihiq;
Et tua, & Ambrosia stillet uterq; sua.

AD P. Summontium virum elegantissimum.